

cum alijs Ordinibus Medicantibus et non Medicantibus: et ea omnia in ampliorem, & favorabiliorem partem et omni sublata restrictione intelligi & interpretari debere. Patet in Bulla quæ Authentica asseruatur in Archivo Sancti Francisci, et Sancti Augustini de Mexico, & est impressa in Bullario, in Bullis ab apso Paulo expeditis. n. 4. Cuius fragmentum accipe: quia valde notandum.

¶ Ait ergo Paulus. 4. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, ea quæ sepius Apostolica auctoritate prefata munita existunt, maiorem obtineant roboris firmitatem, dicitusq; Clemens Minister cupiat priuilegia, facultates, concessiones, indulta, dispensationes, et singulas alias gratias huiusmodi, etiam per nos approbari, innouari, & confirmari. Pro parte eiusdem Clementis Ministri, nobis fuit humiliter supplicatum, ut eisdem priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, favoribus conservatorijs, declarationibus, facultatibus, dispensationibus, gratiis, concessionibus, indulgentiis, et indultis pro illorum obseruantia viridiore nostre approbationis robur adijcere, aliasque in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dig-

S f 3 nare-